

S. Adonis<sup>1)2)</sup> qui hanc donationem fecit. S. Geroldi<sup>2)3)</sup>, Rütberti<sup>1)3)5)</sup>, Beinhardi<sup>3)4)</sup>,  
10 Rūthardi.<sup>2)4)5)</sup> Samuel scripsit.

625. (Reg. 1007.)

Donatio Idde in eadem uilla. Karolo rege. Gundel. abbate.

Anno VI regni d(om)ni nostri Karoli regis gloriosi, ego Ida nonna, pro dei intuitu uel pro animę meę remedio per hanc kartulam donationis siue testamentum dono ad sanctum dei mrem. Nazarium qui requiescit in corpore in pago rinensi, in monasterio quod uocatur Laur., super fluuium Wiscoz sito, uel ad illos seruos dei qui ibidem  
5 deo seruire uidentur, ubi uir uenerabilis Gundelandus abba preesse dinoscitur, donatumque in perpetuum esse uolo, et promptissima confirmo uoluntate, hoc est rem meam in pago lobodonensi, in Sickenheim iurnales L, et mancipia II<sup>0</sup>, Otboldum, et Haruuinum, et I hobam, cum edificiiis suis, et prato I<sup>0</sup> unde possunt colligi VIII carradę fęni, campis, siluis, pascuis, peruiis, aquis, omnia ex omnibus, totum et ad integrum,  
10 quantumcumque in ipsa marca habere uisa fui, et in Hantscuhesheim uineam I quę subiungit de una parte<sup>a)</sup> rationi sancti Nazarii, a die presenti dono, trado, atque transfundo in dei nomine perpetualiter ad possidendum, ita ut ab hac die habeatis potestatem iure habendi, tenendi, donandi, co(m)mutandi, uel quidquid exinde facere | uolueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. Si quis uero quod  
15 futurum esse non credo, et reliqua usque: stipulatione subnixa. Actum in monasterio Laur., VI kl. iunii. S. Idę nonnę quę hanc donationem fieri et firmari rogauit. S. Hugberti<sup>1)2)</sup>. S. Sigefridi<sup>1)2)</sup>, Hildibaldi<sup>1)2)</sup>, Erkenfridi<sup>1)2)</sup>, Sicconis<sup>2)</sup>, Altmanni.<sup>2)</sup> Samuel scripsit.

Bl. 65<sup>r</sup>, 2.

774 Mai 27.

626. (Reg. 1247.)

Donatio Erkenfridi, in eadem uilla. Karolo regnante. Gundel. abbate.

In Christi nomine sub die V kl. ian., anno VIII regni d(om)ni nostri Karoli primi, magni et gloriosi regis, ego Erkenfrit, et coniux mea Wieltrut, pro dei intuitu uel pro remedio animarum nostrarum, donamus pariter ad sanctum Christi mrem. Nazarium qui quiescit in corpore in monasterio quod uocatur Laur., ubi uir uenerabilis  
5 Gundelandus abba preesse uidetur, donatumque in perpetuum esse uolumus, hoc est rem nostram in pago lobodonensi, in Sickenheim, quidquid ibidem habere [uisi fuimus] terris, campis, pratis, pascuis, peruiis, siluis, domibus, edificiiis, aquis, aquarumue decursibus, et mancipiis, Nahilone, Rutgero, Sigimundo, Gerbirga, Guntrude, Rihtrude. Hęc omnia in presenti die de iure nostro in ius et dominium sancti N. donamus,  
10 tradimus, atque transfundimus in dei nomine perpetualiter ad possidendum, stipulatione subnixa. Actum in monasterio Laur. S. Erkenfridi<sup>1)2)4)</sup>, et coniugis eius<sup>1)</sup>, qui hanc donationem f. S. Tanzonis<sup>b)2)3)</sup>, Heilradi<sup>3)4)</sup>, Beringeri. Heilradus<sup>3)</sup> scripsit.

775 Dez. 28.

a) Verbessert aus pate. b) Tunzonis.

- 624] <sup>1)</sup> 631; vgl. 275 R. und Hado. <sup>2)</sup> 433. Vgl. die Brüder Hado, Gerolt 615.  
<sup>3)</sup> 487 Anm. 2. <sup>4)</sup> 467 Anm. 5 u. ö. <sup>5)</sup> Vgl. nebeneinander 436, wo jedoch zwei Authart.  
625] <sup>1)</sup> 307 Anm. 4 mit weiterem. <sup>2)</sup> 303 mit weiterem.  
626] <sup>1)</sup> 315, 639. <sup>2)</sup> 279, 394.  
<sup>3)</sup> Die Kleriker Danzo 470, Heilrat (der spätere Priester? 413 Anm. 6), 251 (wo Z. 14 das <sup>2)</sup> in <sup>3)</sup> zu verbessern ist).  
<sup>4)</sup> Vgl. 346 Anm. 3.